



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

293. An Prælati Regulares possint dispensare cu[m] suis subditis in irregularitate ex homicidio voluntario occulto proveniente? Et an mortuo, vel amoto Priore Vicarius in Sede vacante possit super ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

quo successore revocatum inueniamus in speciali, videtur posse Religiosos illa vti, sicut iacet, sine limitatione; quia cum lex, vel princeps non distinguit, nec nos debemus distinguere. Ita Portel *vbi supra*.

4. Sed an omnia supradicta pro sententia affirmativa sive probablia, nec ne, remitto me iudicio aliorum, sicut & in alia quæstione, An dicti Prelati regulares possint vigore priuilegiorum dispensare super bigamia vera, vel interpretativa, nam negant Layman *vbi supra*, & alij, quos citat, & sequitur Vechius *in praxi nonit*, disp. 9. n. 2. Sicut est contra affirmant Aula de censuris p. 7. d. 8. d. 4. concl. 8. Henricus lib. 12. cap. 6. n. 11. in glossa, litera Z. & alii.

RESOL. CCXCIII.

An Prelati Regulares possint dispensare cum suis subditis in irregularitate ex homicidio voluntario occulito proneniente?

Et an mortuo, vel amoto Prio, Vicarius in Sede vacante possit super hoc ipsum dispensare?

Et an Prelati Regulares Ordinum Mendicantium possint cum suis subditis dispensare in irregularitatibus prouenientibus ex publico delicto, & ad forum contentiosum deducto praterquam homicidij voluntarij bigamie, & mutilationis membrorum, &c. Ex p. 7. tr. 11. & Msc. 2. Ref. 41.

Alibi in Ref. §. 1. Sup. hoc in Ref. §. 1. Notanda est. & in aliis eius primis annot.

D E hac quæstione ego alibi, & de illa magna mihi fuit olim altercatio cum amicissimo bon. me. Io. Baptista Coccino sacre Rota Decano, qui mordicū negantem sententiam sustinet, sed aitem nouissimū docet Stephanus Baumius in Theol. mor. p. 2. tr. 11. q. 68. vbi loquens de Prelatis Regulatū sic ait: Quinto dispensant in irregularitate cuius causa homicidium voluntarium exitit modo occulatum. Ratio est, quod Martinus eius nominis V. vt est in compend. Mendicantū verbo *dispensare*, n. 14. & apud Rodrig. tom. 1. q. 9. 24. art. 12. absoluēt in superiorum iure esse velit, dispensare posse cum subditis, in irregularitate nata ex homicidio, at ista voce quodlibet id est tam quod causa quam quod voluntate est admissum, comprehendit et certum. Verus enim est, verum tamen, axiome Canonici iuris, cuius etiam sit mentio, *in lege non distinguendi de recept. distinctioni locum non esse cum eam lex non adhibet, at nulla Martinus est vius, sed vniuersità Regularium Prelatis subditos suos absolui posse ait, ab irregularitate, cui ab homicidio factum esset initium ergo tam quod est fortuitum, quam quod voluntarium vox homicidij in eo priuilegio posita comprehendit, hoc tamen discrimine, quod à voluntario absolui regulares nequeant, nisi cum est occultum, dispensari autem in irregularitate à se incursa valeant, ex homicidio casuali publico, aut defendendi sui causa admisso, coram & in multorum oculis, Rodr. to. 1. q. 24. art. 1. 3. Compend. Diu. Hieron. ver. disp. in foro pænitentia §. 1. quo in genere, Illustrè est quod à Paulo III. Religiosis S. Benedicti Vallisoleti indultū traditur, nempe, vt prima die Luna quadragesima à singulis eorum peccatis, tentientis, censuris, & penitentia per eos pro tempore incurris, etiam in casibus quomodo referuntur, (exceptis contentis in Bulla Cœna Domini) absolvi à superioribus suis possint, & cum iis super quibusvis irregularitatibus per eos pro tempore quavis occasione, vel causa contractis dispensare, Rodr. fol. 807. Bullar. quam potestatem delegare confessario possunt, tam prædicti superiori quā quilibet alij, cum iis in eo priuilegio communicantes, quia est iurisdictio per Papam priuilegiū habita, ordinaria secundum Sanchez. l. 2. de matr. d. 40. n. 14. Port. de dubiis in addit. ad verb. dispensare, n. 2. & verb. Abortus, n. 12. or-*

Sup. hoc in Ref. prædicta §. Notanda est. & in aliis eius primis annot.

Paulo III. Religiosis S. Benedicti Vallisoleti indultū traditur, nempe, vt prima die Luna quadragesima à singulis eorum peccatis, tentientis, censuris, & penitentia per eos pro tempore incurris, etiam in casibus quomodo referuntur, (exceptis contentis in Bulla Cœna Domini) absolvi à superioribus suis possint, & cum iis super quibusvis irregularitatibus per eos pro tempore quavis occasione, vel causa contractis dispensare, Rodr. fol. 807. Bullar. quam potestatem delegare confessario possunt, tam prædicti superiori quā quilibet alij, cum iis in eo priuilegio communicantes, quia est iurisdictio per Papam priuilegiū habita, ordinaria secundum Sanchez. l. 2. de matr. d. 40. n. 14. Port. de dubiis in addit. ad verb. dispensare, n. 2. & verb. Abortus, n. 12. or-

dinarios autem subrogare sibi certos posse homines, quos potestatis sua partem deriuunt notius est quam ut explicari à me debeat, nisi id priuilegiatus veniret, vt prohibuit Pius V. Provincialibus & Prioribus sui Ordinis, nec enim in reconciliandis suis subditis cum Ecclesia per absolutionem censuratum, & dispensationem irregularitatis, in quo tantum eos pollici voluit, quantum Episcopis per Concil. est permittit in sef. 24. c. 6. modo idper scipios, respectu erga subditos dumtaxat, facerent.

2. Et quoniam in his quæ conceduntur Episcopis per Concilium; suntque Papas referuata communiter continentur sequentia, Censura & que numero tres, excommunicatio, suspensiō, interdictum, secundi peccata referuata vt simonia in beneficiis, tertio irregularitas, quartu, officiorum vel beneficiorum iam obtentorū priuatu, quinquā, inhabilitas, quia quis, ob culpan eamque gravem, ad beneficia aut officia obtinenda in posterum redditur inhabilis: hac absoluere, aut in dispensare similiter ac Episcopi, Prelati regulares, si huius priuilegiū, poterunt, dimidio sint occulē, & non dedicta ad forum contentiosum, quam ad rem sunt necessaria, primum vt ad judicem, saltem per vnum testem sint delata, secundum vt haec ree immata sit delatio, nam si non sit intimata illi à Iudice, non dicetur eius delictum dedū etiam ad forum contentiosum, Portel in addit. ad verb. Abbas, & Prior. n. 5.

At enim (inquietus) inhabilitatis ad beneficia & officia non meminere Patres in citata sef. 24. Concl. 1. 6.

3. Respondendum, eam suspensionis nomine intelligi, hæc enim late modo (vt aiunt) improposita, & sumptuosa, & interdictum à locis sacris continet, Thelauro teles u. p. Praxis ver. censura. c. 2. & priuationes officiorum, inhabilitates, Rodi in explicar. motus propri. p. V. & ingressa mulierum in Monasteria virorū, quarum ad beneficia religiosi regendi, quibus sunt priuati, & rehabilitari ad officia, quibus iudicati sunt indigni, dispensare Pra'ato suo poterunt. Hucvisq; Baumius, ex quibus et posse superiores Regulares cum suis subditis dispensare super irregularitate orta ex homicidio occulo.

4. Hanc etiam sententiam docet amicissimus mens. Candidus tom. 2. disquis 24. art. 6 1. d. 8. cuius verba haec sunt. Vi priuilegiū Martini V. in quo communicant Religiones Ordinum Mendicantium, non solū Generales, & Prouinciales, sed etiam Præpositi & Priors locales possunt dispensare cum sibi subditis in foro conscientia super omni irregularitate, etiam contrafacta ex homicidio voluntario occulto, nam communicatio priuilegiorum sic intelligi, quod ea qua conceduntur Magistro Generali eius Ordinis, ceneanteur communicata Generalibus aliis, & quæ conceduntur Prouincialibus, & Prioribus, ceneanteur communicata similibus Prelatis provincialibus, & Prioribus, vt tradit Joannes Dela Cova. lib. 2. de communicatione priuilegiorum, cap. 4. sub. 2. concil. 2. Sed prædictum priuilegium fuit concessum a Martino V. Priori Monasterij S. Benedicti Vallisoleti extenuum postea, & communicatum omnibus Priors, & Abbatibus aliorum Monasteriorum, vnoncuit. Collector priuilegiorum Mendicantium, ver. Absolutio ordinaria quod Fratre, n. 40. Ergo Priors locales Ordinum Mendicantium communicant iurisdictione priuilegio, poterunt igitur cum suis subditis in foro conscientia dispensare super omni irregularitate, etiam contrafacta ex homicidio voluntario occulto. Nota tamen quod subprior Conventus mortuus, vel amoto Prio potest supradicto priuilegio Martini V. gaudere erga sibi subditos, quia non dignitati, vel officio conceditur hoc priuilegium, sed in favorem animalium, tum, quia hoc priuilegium non conceditur Abbati, sed Priori D. Benedicti; ergo ad subprior mortuo, vel amoto Priori, Sede vacante effundendum.

De Dubiis Regularium. Res CCXCIV. 203

Ex parte 10. tractat. 13. & Miscel. 3. Resolut.

expendendum. Nec obstat Concil. Trid. sess. 24. cap. 6. de reformat. vbi prohibet quod non possint Praelati dispensare in irregularitate proueniente ex homicidio voluntario: nam licet non possint ex facultate Concilij Tridentini possunt tamen virtute privilegij Martini V concessi Benedictinis, & virtute priuilegij concessi Prædicatoribus, priuilegium enim concessum nullo modo abrogatur nisi fiat de illo specie mentio, & abrogatio: in decreto Concilij Tridentini nulla est facta priuilegiorum mentio, & abrogatio: poterunt ergo Praelati Regulares virtute alterius priuilegij Martini V. & Iulii II. dispensare cum sibi subditis in irregularitate contracta ex homicidio voluntario. Et haec omnia docet Candidus ubi supra, cui addendus est Franciscus Bordonus in Consiliis Regularium res. 13. num. 15.

5. Notandum est etiam hic obstar, quod Praelati Regulares Ordinum Mendicantium possunt cum suis subditis dispensare in irregularitatibus prouenientibus ex publico delicto, & ad forum contentiosum deducto, præterquam homicidijs voluntarij, bigamia, & mutilationis membrorum, qua in re isti Praelati auctoritate maiorem habent ergo suos subditos quam Episcopi erga suos Diœcésanos: quia amplissimum priuilegia sunt eis concessa in favorem Religionis; præcipue Sixtus IV. concessi Generalibus & Provincialibus Ordinis Minorum & Prædicatorum, ut possint dispensare cum suis subditis in omni irregularitate. Idem concessit Clemens IV. præterquam homicidijs voluntarij, &c. Videantur huiusmodi concessiones, & priuilegia apud Ioannem de la Cruz lib. 1. de voto obed. cap. 6. dub. 16 Rodriquæ tom. 1. 99. Regul. 9. 24. art. 13. cum ergo priuilegia concessa a summis Pontificibus absolute, & absque restrictione loquantur, poterunt praediti Praelati nedum in irregularitatibus prouenientibus ex delicto occulto dispensare, sed etiam ex publico delicto, & ad forum contentiosum deducto, præterquam homicidijs voluntarij, &c. hoc assertum est magis amplius, quam octauum: nam ibi loquiuntur sumus de irregularitate proueniente ex homicidio casuali, & ex homicidio facta causa defensionis; hic autem loquimus de irregularitatibus viuiveraliter provenientibus ex publico delicto. Et haec omnia docet Candidus loc. cit. dub. 9. vbi citat Beiam & Rodriguez, quibus ego addo Bordonum in consil. Regul. resol. 1. 1. n. 4. Nota etiam quod post haec scripta inueni Ioan. Machadum de perf. Confess. tom. 2. lib. 5. part. 3. tr. 2. docim. 6. num. 2. docere Praelatos Regulares posse dispensare super irregularitate contracta ex homicidio voluntario, & tandem concludit. [Quo los Prelados tienen plena facultad para dispensar con sus Religiosos qualquiera especie de irregularidad sin exceptuar alguna. Ita illa.

RESOL. CCXCIV.

An Praelati Regulares possint dispensare in irregularitate contracta ex homicidio voluntario?

Ei an sit probabile non incurvi irregularitatem per homicidium omnino occultum, quod scilicet nulla ratione probari posse in iudicio, neque in notitiam hominis venire, nisi ex confessione ipsius occisoris?

Ei casum infertur, quod excommunicatus, aut suspensus ex delicto omnino occulto non tenerit abstinere se a via Ordinis, ne se prodatur.

Ei queritur, an restrictio facta in Tridentino sess. 14. de reformat. cap. 6. ne dispensent Episcopi super irregularitate ex homicidio voluntario occulto, extendatur ad mandantem aut considentem tale homicidium?

Ei an idem dicendum sit de consilente mutilationem, vel an consilens mutilationem non sit irregularis?

Alibi in duas bus praecedibus Ref. & in aliis earum primaria annotationis & pro contento in hoc s. fere ad littera in Ref. præterita S. Hanc.

§. 1. D E hac quæstione alibi sermo incidit; nunc dabo affirmatiua sententiam docere Reuerendissimum Candidum S. P. A. Magistruum, tom. 1. disquis. 24. art. 6. 1. dub. 8. vbi sic ait: Dico Praelati Regulares possunt dispensare secundum corum priuilegia cum suis subditis in irregularitate contracta ratione homicidij voluntarij, occulti tamen: nam Martinus V. concessit, quod prior Monasterij Sancti Benedicti Vallisoleti in foro conscientia possit abfoluerre Monachos ab omni excommunicationis sententia, etiam si talis esset, quam ipse Summus Pontifex reservare consuevit, & cum eis super omni irregularitate, etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi eos reseruat, in morte videlicet, & in membrorum truncatione, & enormi sanguinis effusione, valeat dispensare, dum tamen aliquid horum trium non sit notorium, & hoc propter scandalum. Ita Martinus V. vi præcedens priuilegij Martini V. in quo communicant Religiones Ordinum Mendicantium, non solum Generales, & Provinciales, sed etiam Prepositi, & Piores locales possunt dispensare cum sibi subditis in foro conscientia super omni irregularitate, etiam contracta ex homicidio voluntario, occulto tamen: nam communicatio priuilegiorum sic intelligitur, quod ea quæ conceduntur Magistro Generali viuis Ordinis, censemantur communicata Generalibus aliorum; & quæ conceduntur Provincialibus, & Pioribus, censemantur communicata similiter Praelatis Provincialibus, & Priotibus, ut tradit Ioannes de la Cruz, lib. 2. de communicatione priuilegiorum, cap. 4. dub. unico, concl. 2. Sed prædictum priuilegium fuit concessum à Martino V. Priori Monasterij S. Benedicti Vallisoleti, extensum postea, & communicatum omnibus Prioribus, & Abbatibus aliorum Monasteriorum, ut notavit Collector priuilegiorum Mendicantium, verb. absolutio ordinaria, quoad Fratres, §. 40. ergo Piores locales Ordinum Mendicantium communicant in supradicto priuilegio; poterunt igitur cum sibi subditis in foro conscientia dispensare super omni irregularitate, etiam contracta ex homicidio voluntario, occulto tamen. Contrà præcedentes assertiones non obstat Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 6. de Reformatione; vbi prohibet quod non possint Praelati dispensare in irregularitate proueniente ex homicidio voluntario: nam licet non possint ex facultate Concilij Tridentini, possunt tamen virtute priuilegij Martini V. concessi Benedictinis, & virtute priuilegij concessi Prædicatoribus; priuilegium enim concessum nullo modo abrogatur, nisi fiat de illo specialis mentio & abrogatio: at in Decreto Concilij Trid. nulla est facta priuilegiorum mentio, & abrogatio: poterunt ergo Praelati Regulares virtute alterius priuilegij Martini V. & Iulii II. dispensare cum sibi subditis in irregularitate contracta ex homicidio voluntario. Et haec omnia docet Pater Candidus ubi supra; cui adhæret nouissime Hieronymus Garcias in Polit. Regul. tom. 1. tract. 6. difficult. 1. dub. 1. r. 7.

2. Sed Pater Magister Lezana in Sanima, tom. 1. c. 18. num. 44. hanc sententiam non admittit, quia dictum priuilegium Martini V. fuit viuæ vocis oraculum, ut Cafaribus in Compend. priuileg. Mendic. verb. Dispensatio, num. 24. habet, notatis hoc priuilegium litera O, idem his temporibus nihil valet. Et de priuilegio Iulii II. assertum nescire quantum valeat, & an sit solum viuæ vocis oraculum. An verb. ex aliis priuilegiis possint hodie Regulares dispensare in irregularitate homicidij voluntarij alibi diximus, & Pater Lezana ubi supra docet; quod quando homicidium eti vo- luntarium,